

**[65r]** [...]

Ecclesia parochialis titulo sancti Petri loci Lumii

Distat a dicto loco Lumii per unum miliare.

Est satis ampla.

Tectum tegulis coopertum habet.

Parietes ex lapidibus solidatis, vero in parte frontispicii minatur ruinam.

Pavimentu(m) terreum et desfossatum.

In medio divisorium lapideum indicet reparatione.

Super quo vas aque benedictae indecens existit.

Prope chorum extant due columnae, in quarum una propinquiore choro qui vexantur a spiritibus immundis ad ea accedentibus [*sic*] asserunt liberari.

Duo ostia habet et satis tute clauditur.

**[65v]** Altare maius

Sub emicicli existit.

Mensam marmoream habet et dicitur consecratum existere tamen nulla apparent signa, et licet non in totum sit ad formam tamen ratione loci tolerari potest.

Iconam corrosam et ex vetustate consumptam.

Habet crucem ligneam depictam.

Candelabrum unicum indecens.

Duas tabuleas et paliu(m) ex panno cerulei coloris.

Alia suppellectilia ipsius ecclesiae asservantur in ecclesia sancti Antonii dicti loci Lumii, in qua etiam asservatur tabernaculum cum sanctissimo eucharistiae sacramento prout infra dicitur.

In medio ecclesiae extant duo artiola indecentia, quorum alterum iam fere diruptum existit.

Super ecclesiam extat campanile inarcatum cum unica campana.

Intus ecclesiam sepeliuntur mortui deformata terra ex pavimento.

Dicitur consecratum existere.

Cimiterium

Circuit ecclesiam et si ostium clauderetur satis tutum ab ingressu bestiarum existeret.

Caret cruce et in eo pariter mortui sepeliuntur.

Oratorium titulo Anunciationis Beate Mariae [*sic*] virginis

Situm est in via publica et cancellis ac ostia cum clavi satis tute clauditur.

Habet altare satis tolerabile super quo missa celebratur.

Tabuleis et paliu(m) munitum.

**[66r]** Ecclesia titulo sancti Antonii predicti loci Lumii

Sita est in dicta villa Lumii et pro maiori comoditate populi fere dietim celebratur et sacramenta ministrantur, in ipsa etiam confratres societatis sanctae Crucis conveniunt ad eorum officia peragenda.

Tectum licet non pluiviosum, tamen nimis vetustum habet.

Pavimentum ex calce stratum in nunnulis locis defossatum.

Parietes dealbatos in quibus nonnulla foramina existunt.

In medio divisorium et in parte reparandum, et hinc inde sedilia lapidea que etiam restauratione indigent.

Fenestras nimis angusta[s] absque aliquo munimine habet.

Duo ostia, quarum alterum fere consumptum existit.

Vas aque benedicte indecens.

#### Altare maius

Mensam habet satis ad formam.

Idem etiam et portatile.

A latere epistole inest quodam foramen quod antiquitus pro sacrario inserviebat.

Habet candelabra duo satis decentia.

Crucem ligneam depicta[m].

Tabella secretorum.

Tres tobaleas et palium ceruleum.

Caret bradella.

A latere evangelii extat quodam altariolum indecens (?) super quo muro inherenti inest crucifixus ligneus tella involatus(?).

Ante dictum altariolum inest quodam armariolum ligneum in quo asservatur oleum.

#### Altare aliud titulo beate Marie virginis

Extat a latere dextero ingredientis satis ad formam, societati[s?] Rosarii beate Marie virginis, [66v] super quo statua lignea eiusdem beate Marie virginis et domini nostri Iesu Christi inest serico vestita.

Super quo etiam extat statua lignea sancti Antonii panno viridi vestita.

Tobaleis et palio ex panno rubei coloris satis munita [sic].

Societas [sic] Corporis Domini, Rosarii beate Marie virginis et sancte Crucis habent regulas minime a reverendissimo ordinario confirmata [sic].

#### Eucharistia

Asservatur in supradicta ecclesia sancti Antonii in tabernaculo ligneo forma sexangulari pro qualitate loci satis decente.

Habet conopeum in duas partes et non in totum, ipsum tabernaculum cooperiunt.

Huiusmodi eucharistiae sacramentum asservatur in vasculo ligneo forma rotunda indecente tela munito.

Stratum habet corporale.

Nullam habet pixidem argenteam, minusve tabernaculum ostensorium neque bursa.

Lampas ante ipsum continuo ardet expensis societatis Corporis Domini.

Quidam Antonetus quondam Antonii Gulielmi iure legati tenetur solvere eidem societati libras quadraginta.

Parochus defert huiusmodi sacramentum eucharistiae ad egrotos stola et cotta indutus intus calicem, prius monito populo sonitu campane, et ipso concomitante deferuntur luminaria et crux ac tintinabulum.

Per viam recitat psalmos.

Nullum habet baldachinum.

Defert tantum unicam particulam.

Domi egroti paratur mensa pro reponendo ipso sacramento.

Non pertransit per loca montuosa.

**[67r]** Parochus ipse conficit hostias, quas conservat in cutula lignea indecente.

Singulis diebus octo renovat huiusmodi eucharistiae sacramentum.

Fiunt comuniones generales in die Nativitatis Domini, in die Resurrectionis et in die Assumptionis beate Marie virginis, et maris a feminis divisis, adhibitis tobaleis, et in calice comunicat, quos in ciato vitreo purificat.

Habet diligentiam in describendis comunicatis tempore paschali.

Offerunt panem ad eorum libitum.

Fit processio singula tertia dominica et in die solemnitatis Corporis Domini.

Non explicat vim huiusmodi sacramenti, sed eum ad ipsum frequentandum monet.

Clavis hostioli tabernaculi est tantum ferrea et alii[s] coalligata.

Desuper tabernaculum extat quedam umbella cerulea.

Habet lanternonum indecentem.

In reliquis recte se gerit.

#### Baptismus

Baptisterium in nihilo est ad formam.

Aqua baptismi asservatur in vasculo vitreo.

In quo etiam inest sacrarium.

Renovat aquam sanctam in die sabbati sancti et veterem per sacrarium emittit.

Administrat huiusmodi sacramentum in ecclesia stola et cotta indutus iuxta formam sancte matris Ecclesie et ritualis Brixie.

#### Olea sacra

Asservantur in capsia stamnea tribus spatiis distincta, oleum infirmorum minime separatum, et illa retinet in capsia existente in ipsa ecclesia prope altare in qua etiam asservantur paramenta Ecclesiae.

**[67v]** Accedit ad ungendos egrotos stola et cotta indutur [*sic*], defferens crucem et aspergillum.

Tam viris quam feminis sensus corporeos et renes ungit, quas stupa aspergit et in sacrarium [*sic*] comburit.

Servat formam predicti ritualis et recte se gerit.

#### Penitentia

Extat in imo ecclesiae confessionnale ligneum minime ad formam, habet tamen fenestellam lamine ferreo munitam.

Caret tabellis necessariis.

Non semper in dicto confessionnali confessiones audit.

Publicis peccatoribus publicam imponit penitentiam.

In reliquis recte se gerit.

#### Matrimonium

Non publicavit decreta concilii Tridentini super reformatione matrimonii.

Habito consensu a sponsis trinas emittit denunciationes et nullo invento impedimento eos in matrimonium stola et cotta indutis [*sic*] in ecclesia coniungit.

Servatque formam sancte matris Ecclesiae et praedicti ritualis.

Non omnes sponsi ante huiusmodi celebratione[m] confitentur.

Nonnulli etiam ante illius celebratione[m] carnaliter se cognoscunt.

Nihil a sponsis offertur.

Describit contrahentes in libro, in quo etiam nomina baptizatorum, satis ad formam.

Explicat vim huiusmodi sacramenti et gradus afinitatis.

Temporibus quibus nuptie interdicte sunt huiusmodi matrimonii sacramentum non administrat.

In reliquis recte se gerit.

**[68r]** Parochus

Ecclesia [*sic*] parochialis supradicte est pater Alexander de Regno, etatis annorum triginta sex.

Ostendit literas suorum ordinum et dicti sui beneficii, quod videtur litigiosum existere.

Cuius redditus asserit ascendere ad summam scutorum quinquaginta et ipsa absque difficultate exigit.

Parochia est satis unita, continens (?) numerum animarum tercentum sexaginta quatuor, quas in libro status animarum describit.

Nullam habet domum parochialem, et quam habitat est satis ecclesiae propinqua.

Nulli extant impediens libertatem ecclesiasticam.

Extant vero nonnulli bona ecclesiae occupantes.

Nulli extant concubinari, usurari, minusve huiusmodi peccatores publici.

Quandoque diebus festis verbum Dei praedicat populo et quandoque etiam pueros docet doctrinam christianam.

Singulis diebus festis et quandoque etiam intra hebdomadam sacrum misse facit et se confitetur a patre Silvestro.

Nullas habet inimicitias, tamen per viam defert arma.

Nulli extant in parochia artem magicam et superstitiosam exercentes.

Nullum habet clericum particularem.

Describit in libro nomina eorum ab hoc seculo transeuntium.

Ecclesia titulo Anunciationis beatae Mariae virginis loci de Occi

Sub iurisdictione fratrum montis Oliveti loci Portusveneri videtur existere, est satis capax populi et pro parochiali inservit.

Tectum tegulis et tabulis coopertum habet.

Pavimentum terreum humidum et diffosatum, per quod tempore pluvioso aqua ab eo exiliens decurrit.

Parietes dealbatos intus et foris habet.

**[68v]** Unicum ostium habet et prope ipsum vas marmoreum pro aqua benedicta.  
Prope altare est quidam murus in quo homines sedent.

Altare

Mensam habet ad formam.

Minime altare portatili.

Iconam decentem et desuper umbellam ligneam.

A latere epistole extat aliud altare minime ad formam, quod inservit confratribus societatis sanctae Crucis qui in dicta ecclesia ad eorum officia peragenda conveniunt.

In ipsa etiam ecclesia est societas beate Marie virginis.

Et unaqueque ipsarum habet regulas minime a reverendissimo ordinario confirmatas.

Extra et prope ostium inest tantum unica campana ligno muro infixata apensa.

Altare supradictum tobaleis et palio est decenter munitum.

Habet etiam candelabra duo lignea, crucem depictam et inauratam et desuper cuidam trabi impensum inest tintinabulum.

Suppellectilia sunt infrascripta:

Un calice con la sua patena.

Dua para di corporali. Tre purificatori.

Tre paramenti forniti.

Una cotta.

Un missali.

In ipsa ecclesia inest confessionniale prope altare pro qualitate loci tolerabile.

Caret tamen tabellis necessariis.

Olea sacra

Asservantur in vase in nihilo ad formam.

Oleum infirmorum minime separatum.

Circa vero administrationem tum supradict[or]um tum aliorum sacramentorum servat formam sancte matris Ecclesie et satis recte se gerit.

**[69r]** Ecclesia titulo sancti Nicolai predicti loci Occi

Extat titulus parochialis predicti loci et distat per miliare itinere asper[r]imo.

Fere dirupta existit et detecta.

In ea etiam altare fere diruptum super quod iconam ex vetusta[t]e consumptam.

Extat aliud altare sub emicicli fere etiam diruptum.

Ante ipsum quodam sepulchrum lapidibus et terra coopertum.

Cimiterium circuit ecclesiam ipsam ab ingressu bestiarum minime tutum, in quo mortui sepeliuntur, et caret cruce.

Parochus

Huiusmodi cure inservit pater(?) Silvester de loco Lumii provisus de sua mercede a dictis fratribus.

Est etatis annorum quinquaginta duorum.

Nullum obtinet beneficium.

Exibuit literas suorum ordinum.

Parochialis ipsa habet domum canonicalem diruptam, ex quo ipse curatus cohabitavit in dicto loco Lumii, qui non distat a predicto loco Occi ultra quingentos passus.

Parochia est satis unita, cuius anime sunt numero centumquingenta et illas in libro describit.

Nulli extant tumultuantes in ecclesia, minusve publice blasphemantes nec usurarii.

Pueros docet <docet> doctrinam christianam.

Singulis diebus festis et bis et sepius intra hebdomada sacrum misse facit et peccata sua variis confessariis confitetur et presertim a patre Alexandro.

Continovo incidit in habitu et tonsura clericali.

Nulli extant in parochia incantatrices et artem maleficiorum et superstitionum exercentes.

Nullas habet inimicitias.

Per viam defert arma nulla.

[...]

**[270r]** Chiesa di San [Pie]tro di Lumio

Si vega di [riparare?] quanto prima alle m[ur]aglie parte di[\*\*\*] [mi]nacciano ruina.

Il pavimento si [racconci?] dove è guasto.

I[l] vaso dell'acqua [santa si] facci alla forma prescritta.

Si gettino a terra quelli duoi altari p[iccoli che] sono in detta chiesa.

Al cimiterio si facci la porta perché s[\*\*\*] dall'ingresso degli animali et [vi si ponghi] la croce alla forma prescritta.

Oratorio della Nontiata

All'altare si facci la bradella di leg[no] [et?] gli provega dell'altre cose necessarie conforme a decreti generali.

Chiesa di Sant'Antonio di Lumio

Si racconci il pavimento in quello loco dove è guasto siccome anco si facci delle banche che sono per dentro alla chiesa.

Il vaso dell'acqua santa si facci alla forma prescritta nei decreti generali.

All'altare si facci la bradella di legno conforme a decreti generali et si pro[vegga] delle altre cose necessarie in essi prescritte.

L'altare piccol ch'è dal lato dell'evangelio si getti a terra.

Compagnia

Il reverendissimo ordinario vegha le regole della compagnia del Rosario, di Santa Croce e del Corpus Domini et le riformi in quello che hanno bisogno et le confermi et facci osservare quanto nei decreti generali habbiamo ordinato delle confraternita.

Eucharistia

Non si deve tolerare che tanto sacramento sia conservato così indecentemente come è in detta chiesa.

**[270v]** [\*\*\*] Antonio [in una?] [sc]atola di legno [\*\*\*]dia[\*\*\*] brutta(?) e p[erciò?] ordiniamo che [\*\*\*] prohibito [si come anco noi?] prohibiamo [\*\*\*] subito si levi [?!]

santissimo sacramen]to di detta [s]catola et non [si tenghi in?] detta chiesa fin tanto [che] non sia pr[oveduto di?] pisside alla forma [prescr]itta nei decreti generali, conforme a [?quell]i si proveghi anco delle altre cose [necessa]rie et nell'administratione di [\*\*\* osse]rvi quanto habbiamo ordinato nelli [\*\*\*] decreti generali.

[?Il reverendissimo] ordinario procedi con ogni [\*\*\*] di giustitia contra Antonetto quondam Antonio affinché paghi il legato che deve di quaranta lire alla compagnia del Corpus Domini.

#### Battesmo

Si facci il battisterio alla forma prescritta nei decreti generali et non si permetti più il conservare l'acqua in quello fiasco di vetro et si provegha delle altre cose necessarie nei decreti generali.

#### Olei sacri

I vasi per gl'olei santi si faccino alla forma prescritta nei decreti generali et particolarmente che il vaso dell'estrema onzione sia separato da gli altri provvedendo de tutte le altre cose necessarie prescritte in quelle.

#### Penitentia

Il confessionniale si riduchi quanto si puole alla forma prescritta et avertisca il parochio di non confessare se non in caso di estrema necessità fora del detto confessionniale e particolarmente donne.

#### Matrimonio

Avertisca il parochio di osservare quanto nei decreti generali habbiamo ordinato.

#### [271r] Parochio

Non tralasci d'[inseg]nare la dottrina [cristiana] conforme a d[ecreti generali].

Dia in(?) [\*\*\*] quelli che [\*\*\*] occupato [\*\*\*] il quale dov[erà?] procedere(?) severa[mente?] [\*\*\*] per la restit[utione?].

#### Chiesa della Nontiata di Occhi

Si provega in maniera che sia tolto(?) [\*\*\*] humidità e acqua che entra in detta [chiesa].

L'altare portatile si proveg[a] [nella] forma prescritta nei decreti generali.

L'altare che è dal lato dell'epistola [si riduchi?] alla forma de decreti generali o del [tutto si] getti a terra.

I confr(atr)i di Santa Croce osservino quanto nei decreti generali habbiamo ordinato et il reverendissimo ordinario rivega i suoi ordini e capitoli.

#### Olei santi

Si provegha dei vasi alla forma prescritta nei decreti generali e particolarmente che quello dall'[sic]estrema onzione sia separato da gli altri e si provegano delle altre cose necessarie già prescritte intorno a detti olei.

#### Chiesa di Santo Nicolao di Occhi

Si restauri la chiesa essendo ormai quasi tutta rovinata o vero del tutto si getti a terra o si riduchi a modo di oratorio campestre.

Perché nel cimiterio di questa chiesa si portano a seppellire tutti i morti, il quale cimiterio si chiudi in maniera che non vi possano entrare gli animali et vi si ponghi la [croce] alla forma prescritta nei decreti generali.

#### Parocho

Non doverà il reverendissimo ordinario admettere alcuno al servizio di detta chiesa senza essere [271v] [prima e]ssaminato et [\*\*\*]ovato(?) con le [\*\*\*test]imoniali(?) [\*\*\*] approvatione [\*\*\*] et(?) la [\*\*\*] alli reverendi [\*\*\*]ri [\*\*\*] mon[\*\*\*].

[\*\*\*] facci la ca[sa canonica perché] il parocho [poss]i habita[re].